

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Seruitus c  
cum fonte primo

Est sapienti seruire  
libertas ex quo colligitur quia stulto et  
imperare seruitus est et, quod peius est,  
cum paucioribus presit, pluribus  
dominis et grauioribus seruit.  
Seruit enim propriis passionibus,  
seruit suis cupiditatibus quarum  
dominatio nec nocte potest fugere nec  
die quia intra se dominos habet, intra se  
seruicium patitur intollerabile.

Ambrosius in epistola ad Simplicianum.

Est ergo sapienti et seruire  
libertas. Unde colligitur quia stulto et  
imperare seruitus est, et quod peius est,  
cum paucioribus praesit, pluribus  
dominis et grauioribus seruit.  
Seruit enim propriis passionibus,  
seruit cupiditatibus suis, quarum  
dominatum nec nocte potest fugere nec  
die, quia intra se dominos habet, intra se  
seruitium patitur intollerabile.

Ambrosius Mediolanensis, *Epistolae*, 2,  
7, 24 (CSEL 82.1, O. Faller ed., p.55,  
ll.251-256).